

## HEBDOMADA I PSALTERII

DOMINICA

AD I VESPERAS

Antiphona 1

VIII g

D Omi-ne, \* clamá-vi ad te, ex-áudi me. Eu o u a e.

PSALMUS 140

IN PERICULIS ORATIO

*Et ascendit fumus incensorum de orationibus sacerdotum de manu angeli coram Deo (Ap 8, 4).*

- 1 Domine, clamávi ad te, ad me festína ; \*  
inténde voci meæ, cum clamo ad te.
- 2 Dirigátur orátko mea sicut incénum in conspéctu tuo, \*  
elevátko mánum meárum ut sacrificíum vespertínum.
- 3 Pone, Dómine, custódiam ori meo \*  
et vigíliam ad óstium labiórum meórum.
- 4 Non declínes cor meum in verbum malítiaë \*  
ad machinándas machinatiónes in impietáte  
cum homínibus operántibus iniquitátem ; \*  
et non cómedam ex delíciis eórum.
- 5 Percútiat me iustus in misericórdia et ícrepet me ; †  
óleum autem peccatóris non impínguet caput meum, \*  
quóniam adhuc et orátko mea in malítii eórum.
- 6 Deiécti in manus duras iúdicum eórum, \*  
áudent verba mea, quóniam suávia erant.

- 7 Sicut frusta dolántis et dirumpéntis in terra, \*  
dissipáta sunt ossa eórum ad fauces inférni.
- 8 Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei ; \*  
ad te confúgi, non effúndas ánimam meam.
- 9 Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi, \*  
et a scándalis operántium iniquitátem.  
Gloria Patri, et Filio \*  
et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, et nunc et semper, \*  
et in sácula sæculorum. Amen.

*Hic versus Gloria Patri de more cantatur in fine omnium psalmorum et canticorum, nisi aliter notatur. In fine psalmi repetitur antiphona, et sic fiat in fine omnium psalmorum et canticorum.*

### Antiphona 2

VIII g

P      Orti-o me-a, Dómi-ne, \* sit in terra vi-vénti- um.

E u o u a e.

### PSALMUS 141

*TU ES REFUGIUM MEUM*

*Hec omnia in Domino tempore passionis impleta sunt (S. Hilarius).*

- 2 Voce mea ad Dóminum clamo, \*  
voce mea ad Dóminum déprecor ;
- 3 effúndo in conspéctu eius lamentatióнем meam, \*  
et tribulatióнем meam ante ipsum pronúntio.

- <sup>4</sup> Cum déficit in me spíritus meus, \*  
tu nosti sémitas meas.  
In via, qua ambulábam, \*  
abscondérunt láqueum mihi.
- <sup>5</sup> Considerábam ad déxteram et vidébam, \*  
et non erat qui cognósiceret me.  
Périit fuga a me, \*  
et non est qui requírat ánimam meam.
- <sup>6</sup> Clamávi ad te, Dómine ; †  
dixi : « Tu es refúgium meum, \*  
pórtio mea in terra vivéntium.
- <sup>7</sup> Inténde ad deprecatióнем meam, \*  
quia humiliátus sum nimis.  
Líbera me a persequéntibus me, \*  
quia confortáti sunt super me.
- <sup>8</sup> Educ de custódia ánimam meam \*  
ad confiténdum nómini tuo ;  
me circúmdabunt iusti, \*  
cum retribuéris mihi ».

## Antiphona 3

VIII g

Onne sic \* opórtu- it pa-ti Christum, et intrá-

re in gló-ri- am su- am ? alle-lú-ia. E u o u a e.

## CANTICUM Phil 2, 6-11

*DE CHRISTO, SERVO DEI*

- 6 Christus Jesus, cum in forma Dei esset, \*  
     non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo,  
 7 sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, \*  
     in similitudinem hominum factus;  
     et habitu inventus ut homo, †  
 8 humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, \*  
     mortem autem crucis.  
 9 Propter quod et Deus illum exaltavit †  
     et donavit illi nomen, \*  
     quod est super omne nomen,  
 10 ut in nomine Iesu omne genu flectatur \*  
     caelustum et terrestrium et infernum  
 11 et omnis lingua confiteatur: \*  
     « Dominus Iesus Christus! », in gloriam Dei Patris.

### Responsorium breve



Uam magnifi- cát-a sunt \* Ope-ra tu- a, Dó-  
 mi-ne. ¶ Omni- a in sa-pi- énti- a fe- císti. ¶ Gló-ri-  
 a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.

## AD INVITATORIUM

## Antiphona

E  
**V** E-ní- te,      exsul-té-mus Dó- mi-no. Ps. Iu-  
 bi-lémus etc.

## AD OFFICIUM LECTONIS

## Antiphona i

IV e  
**S** E-cus de-cúrsus aquá-rum, \* plantá-vit ví-ne- am  
 iustó-rum : et in le-ge Dómi-ni fu- it vo-lúntas e- ó-rum.  
 Eu o u a e.

## PSALMUS I

*DE DUABUS HOMINUM VIIS*

*Beati qui, spreantes in crucem, in aquam descenderunt (Ex auctore quodam II sèculi).*

<sup>1</sup> Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum †

- et in via peccatórum non stetit \*  
 et in convéntu derisórum non sedit,  
 2 sed in lege Dómini volúntas eius, \*  
 et in lege eius meditátur die ac nocte.  
 3 Et erit tamquam lignum plantátum secus decúrsus aquárum, \*  
 quod fructum suum dabit in témpore suo ;  
 et fólium eius non défluet, \*  
 et ómnia, quæcúmque fáciet, prosperabúntur.  
 4 Non sic ímpii, non sic, \*  
 sed tamquam pulvis, quem próicit ventus.  
 5 Ideo non consúrgent ímpii in iudício, \*  
 neque peccatóres in concílio iustórum.  
 6 Quóniam novit Dóminus viam iustórum, \*  
 et iter impiórum períbit.

Antiphona 2

VIII g

**S** Erví-te \* Dómi-no in timó-re, et exsultá-te  
e- i cum tremó-re. E u o u a e.

PSALMUS 2

*MESSIAS REX ET VICTOR*

*Convenerunt vere adversus puerum tuum Iesum, quem unxisti*  
*(Act 4, 27).*

- 1 Quare fremuérunt gentes, \*  
 et pópuli meditáti sunt inánia?

- <sup>2</sup> Astíterunt reges terræ, †  
 et príncipes convenérunt in unum \*  
 advérsus Dóminum et advérsus christum eius :
- <sup>3</sup> « Dirumpámus víncula eórum \*  
 et proiciámus a nobis iugum ipsórum! ».
- <sup>4</sup> Qui hábitat in cælis, irridébit eos, \*  
 Dóminus subsannábit eos.
- <sup>5</sup> Tunc loquétur ad eos in ira sua \*  
 et in furóre suo conturbábit eos :
- <sup>6</sup> « Ego autem constitui regem meum \*  
 super Sion, montem sanctum meum! ».
- <sup>7</sup> Prædicábo decretum eius. †  
 Dóminus dixit ad me : « Filius meus es tu ; \*  
 ego hódie génu te.
- <sup>8</sup> Póstula a me, et dabo tibi gentes hereditátem tuam \*  
 et possessiónem tuam térmilos terræ.
- <sup>9</sup> Reges eos in virga férrea \*  
 et tamquam vas figuli confrínges eos ».
- <sup>10</sup> Et nunc, reges, intellégite ; \*  
 erudímini, qui iudicáti terram.
- <sup>11</sup> Servíte Dómino in timóre \*  
 et exsultáte ei cum tremóre.
- <sup>12</sup> Apprehéndite disciplínam, †  
 ne quándo irascátur, et pereáti de via, \*  
 cum exárserit in brevi ira eius.  
 Beáti omnes, \*  
 qui confídunt in eo.

## Antiphona 3



E u o u a e.

## PSALMUS 3

*DOMINUS PROTECTOR MEUS*

*Dormivit et somnum cepit et resurrexit, quoniam Dominus suscepit eum  
(S. Irenæus).*

- 2 Domine, quid multiplicáti sunt, qui tríbulant me? \*
- Multi insúrgunt advérsum me,
- 3 multi dicunt ánimæ meæ : \*
- « Non est salus ipsi in Deo ».
- 4 Tu autem, Dómine, protéctor meus es, \*
- glória mea et exáltans caput meum.
- 5 Voce mea ad Dóminum clamávi, \*
- et exaudívit me de monte sancto suo.
- 6 Ego obdormívi et soporátus sum, \*
- exsurréxi, quia Dóminus suscépit me.
- 7 Non timébo mília pópuli circumdántis me. \*
- Exsúrge, Dómine salvum me fac, Deus meus ;
- 8 quóniam tu percussísti in maxíllam omnes adversántes mihi, \*
- dentes peccatórum contrívisti.
- 9 Dómini est salus, \*
- et super pópulum tuum benedíctio tua.

## AD LAUDES MATUTINAS

## Antiphona I

VII a

A D te de lu-ce \* ví-gi-lo, De-us, ut ví-de-  
am virtú-tem tu-am. E u o u a e.

## PSALMUS 62

*ANIMA DOMINUM SITIENS**Ad Deum vigilat, qui opera noctis reicit.*

- <sup>2</sup> Deus, Deus meus es tu, \*  
ad te de luce vígilo.  
Sitívit in te ánima mea, \*  
te desiderávit caro mea.  
In terra desérta et árida et inaquósa, †
- <sup>3</sup> sic in sancto appárui tibi, \*  
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.
- <sup>4</sup> Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas, \*  
lábia mea laudábunt te.
- <sup>5</sup> Sic benedíciam te in vita mea \*  
et in nómine tuo levábo manus meas.
- <sup>6</sup> Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea, \*  
et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.
- <sup>7</sup> Cum memor ero tui super stratum meum, \*  
in matutínis meditábor de te,

- <sup>8</sup> quia fuísti adiútor meus, \*  
et in velaménto alárum tuárum exsultábo.  
<sup>9</sup> Adhésit ánima mea post te, \*  
me suscépit déxtera tua.

Antiphona 2

VIII g

T Res pú- e-ri ius- su re-gis \* in forná-cem mis-

si sunt, non timéntes flammarum ignis di-céntes : Be-ne-

díc-tus De-us. E u o u a e.

CANTICUM Dn 3, 57-88. 56

*OMNIS CREATURA LAUDET DOMINUM*

*Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius (Ap 19, 5).*

- <sup>57</sup> Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino, \*  
laudáte et superexaltáte eum in sæcula.  
<sup>58</sup> Benedícite, cæli, Dómino, \*  
<sup>59</sup> benedícite, ángeli Dómini, Dómino.  
<sup>60</sup> Benedícite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino, \*  
<sup>61</sup> benedícat omnis virtus Dómino.  
<sup>62</sup> Benedícite, sol et luna, Dómino, \*  
<sup>63</sup> benedícite, stellæ cæli, Dómino.

- 64 Benedícite, omnis imber et ros, Dómino, \*
- 65      benedícite, omnes venti, Dómino.
- 66 Benedícite, ignis et æstus, Dómino, \*
- 67      benedícite, frigus et æstus, Dómino.
- 68 Benedícite, rores et pruína, Dómino, \*
- 69      benedícite, gelu et frigus, Dómino.
- 70 Benedícite, glácies et nives, Dómino, \*
- 71      benedícite, noctes et dies, Dómino.
- 72 Benedícite, lux et ténebræ, Dómino, \*
- 73      benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.
- 74 Benedícat terra Dóminum, \*
- laudet et superexáltet eum in sæcula.
- 75 Benedícite, montes et colles, Dómino, \*
- 76      benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.
- 77 Benedícite, mária et flúmina, Dómino, \*
- 78      benedícite, fontes, Dómino.
- 79 Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino, \*
- 80      benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.
- 81 Benedícite, omnes béstiae et pécora, Dómino, \*
- 82      benedícite, filii hóminum, Dómino.
- 83 Bénedic, Israel, Dómino, \*
- laudáte et superexaltáte eum in sæcula.
- 84 Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino, \*
- 85      benedícite, servi Dómini, Dómino.
- 86 Benedícite, spíritus et ánimæ iustórum, Dómino, \*
- 87      benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.
- 88 Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dómino, \*
- laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu; \*  
laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

<sup>56</sup> Benedíctus es in firmaménto cæli \*  
et laudábilis et gloriósus in sæcula.

*In fine huius cantici non dicitur Gloria Patri.*

### Antiphona 3

VII a

Eneplá-ci-tum est Dómi-no \* in pópu-lo su- o,  
et hono-rá-bit mansu- é-tos in sa-lú-tem. E u o u a e.

### PSALMUS 149

#### EXSULTATIO SANCTORUM

*Fili Ecclesiae, filii novi populi exsultent in rege suo : in Christo (Hesychius).*

- 1 Cantáte Dómino cáanticum novum ; \*  
laus eius in ecclésia sanctórum.
- 2 Lætétur Israel in eo, qui fecit eum, \*  
et filii Sion exsúltent in rege suo.
- 3 Laudent nomen eius in choro, \*  
in týmpano et cíthara psallant ei,
- 4 quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo, \*  
et honorábit mansuétos in salúte.
- 5 Iúbilent sancti in glória, \*  
læténtur in cubílibus suis.

- <sup>6</sup> Exaltatiōnes Dei in gūtture eórum \*  
et glādii ancípites in mánibus eórum,  
<sup>7</sup> ad faciéndam vindictam in natiónibus, \*  
castigatiōnes in pópolis,  
<sup>8</sup> ad alligándos reges eórum in compédbus \*  
et nóbiles eórum in mánicis férreis,  
<sup>9</sup> ad faciéndum in eis iudícium conscríptum : \*  
glória hæc est ómnibus sanctis eius.

## Responsorium breve

Hriste, Fi-li De-i vi-vi, \* Mi-se-ré-re no-  
bis. ¶ Qui sedes ad déxte-ram Patris. ¶ Gló-ri- a Pa-  
tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

## AD HORAM MEDIAM

## Antiphona I

VIII g  
B Onum est \* spe-rá-re in Dó-mi-no, quam spe-  
rá-re in prin-cí-pi-bus. E u o u a e.

## PSALMUS 117

*VOX IUBILATIONIS & SALUTIS*

*Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificatoribus, qui factus est in caput anguli (Act 4, 11).*

### I

- <sup>1</sup> Confitémini Dómino, quóniam bonus, \*  
quóniam in séculum misericórdia eius.
- <sup>2</sup> Dicat nunc Israel, quóniam bonus, \*  
quóniam in séculum misericórdia eius.
- <sup>3</sup> Dicat nunc domus Aaron, \*  
quóniam in séculum misericórdia eius.
- <sup>4</sup> Dicant nunc, qui timent Dóminum, \*  
quóniam in séculum misericórdia eius.
- <sup>5</sup> De tribulatióne invocávi Dóminum, \*  
et exaudivit me edúcens in latitúdinem Dóminus.
- <sup>6</sup> Dóminus mecum, \*  
non timébo, quid fáciat mihi homo.
- <sup>7</sup> Dóminus mecum adiútor meus, \*  
et ego despícam inimícos meos.
- <sup>8</sup> Bonum est confúgere ad Dóminum \*  
quam confídere in hómine.
- <sup>9</sup> Bonum est confúgere ad Dóminum \*  
quam confídere in princípibus.

### Antiphona 2

IV e

F

Orti-túdo me- a \* et laus me- a Dómi-nus : et



factus est mi-hi in sa-lú-tem. E u o u a e.


## II

- <sup>10</sup> Omnes gentes circuiérunt me, \*  
et in nómine Dómini excídi eos.
- <sup>11</sup> Circumdántes circumdedérunt me, \*  
et in nómine Dómini excídi eos.
- <sup>12</sup> Circumdedérunt me sicut apes †  
et exarsérunt sicut ignis in spinis, \*  
et in nómine Dómini excídi eos.
- <sup>13</sup> Impelléntes impulérunt me, ut cáderem, \*  
et Dóminus adiúvit me.
- <sup>14</sup> Fortitúdo mea et laus mea Dóminus \*  
et factus est mihi in salútem.
- <sup>15</sup> Vox iubilatiónis et salútis \*  
in tabernáculis iustórum :  
« Déxtera Dómini fecit virtútem! †
- <sup>16</sup> Déxtera Dómini exaltávit me ; \*  
déxtera Dómini fecit virtútem! ».
- <sup>17</sup> Non móriar, sed vivam \*  
et narrábo ópera Dómini.
- <sup>18</sup> Castígans castigávit me Dóminus \*  
et morti non trádidit me.

## Antiphona 3

VIII g

A - pe- rí- te mi-hi \* portas iustí- ti- æ, et ingrés-



sus in e- as confi- té-bor Dómi-no. E u o u a e.

### III

- <sup>19</sup> Aperíte mihi portas iustítiae, \*  
ingréssus in eas confitébor Dómino.
- <sup>20</sup> Hæc porta Dómini ; \*  
iusti intrábunt in eam.
- <sup>21</sup> Confitébor tibi, quóniam exaudísti me \*  
et factus es mihi in salútem.
- <sup>22</sup> Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, \*  
hic factus est in caput ánguli ;
- <sup>23</sup> a Dómino factum est istud \*  
et est miráble in óculis nostris.
- <sup>24</sup> Hæc est dies, quam fecit Dóminus : \*  
exsultémus et lætémur in ea.
- <sup>25</sup> O Dómine, salvum me fac ; \*  
o Dómine, da prosperitátem!
- <sup>26</sup> Benedíctus, qui venit in nómine Dómini. \*  
Benedícimus vobis de domo Dómini.
- <sup>27</sup> Deus Dóminus et illúxit nobis. \*  
Instrúite sollemnitátem in ramis condénsis  
usque ad córnua altáris.
- <sup>28</sup> Deus meus es tu, et confitébor tibi, \*  
Deus meus, et exaltábo te.
- <sup>29</sup> Confitémini Dómino, quóniam bonus, \*  
quóniam in sáculum misericórdia eius.

## AD II VESPERAS

## Antiphona 1

VII c<sub>2</sub>

D I-xit Dómi-nus \* Dó-mi-no me- o : Sede a dextris  
me- is. E u o u a e. *Quæ non repetitur in psalmo.*

## PSALMUS 109


*MESSIAS REX & SACERDOS*

*Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius  
(1 Cor 15, 25).*

- 1 Dixit Dóminus Dómino meo : \*  
«Sede a dextris meis,  
donec ponam inimícos tuos \*  
scabéllum pedum tuórum ».
- 2 Vírgam poténtiæ tuæ emítte Dóminus ex Sion : \*  
domináre in médio inimicórum tuórum.
- 3 Tecum principátus in die virtútis tuæ, †  
in splendóribus sanctis, \*  
ex útero ante lucíferum génu te.
- 4 Iurávit Dóminus et non pænitébit eum : \*  
« Tu es sacérdos in ætérnum  
secúndum órdinem Melchísedech ».
- 5 Dóminus a dextris tuis, \*  
conquassábit in die iræ suæ reges.

- <sup>7</sup> De torrénte in via bibet, \*  
propterea exaltábit caput.

## Antiphona 2

per. 

D E-us autem noster \* in cæ-lo : ómni- a quæcúm-  
que vó-lu- it, fé-cit. E u o u a e.

## PSALMUS 113A

ISRAEL EX ÆGYPTO LIBERATUR

*Cognoscite etiam vos exiisse ab Ægypto, qui huic sæculo renuntiasti  
(S. Augustinus).*

- <sup>1</sup> In éxitu Israel de Ægypto, \*  
domus Iacob de pópulo bárbaro,  
<sup>2</sup> factus est Iuda sanctuárium eius, \*  
Israel potéstas eius.  
<sup>3</sup> Mare vidit et fugit, \*  
Iordánis convérsum est retrórsum ;  
<sup>4</sup> montes saltavérunt ut aríetes, \*  
et colles sicut agni óvium.  
<sup>5</sup> Quid est tibi, mare, quod fugísti? \*  
Et tu, Iordánis, quia convérsum es retrórsum?  
<sup>6</sup> Montes, quod saltástis sicut aríetes, \*  
et colles, sicut agni óvium?  
<sup>7</sup> A fácie Dómini contremísce, terra, \*  
a fácie Dei Iacob,

<sup>8</sup> qui convértit petram in stagna aquárum \*  
et sílicem in fontes aquárum.

**CANTICUM Cf. Ap 19, 1-2. 5-7**

*DE NUPTIIS AGNI*

VI

S A-lus et gló-ri- a et virtus De-o nostro, R. Alle-lú-  
ia. ¶ Qui- a ve-ra et iusta iu-dí-ci- a e-ius, R. Al-le- lú-ia,  
alle-lú- ia. ¶ Laudem dí-ci-te De-o nostro, omnes servi  
e-ius, R. Alle-lú-ia. ¶ Et qui timé-tis e- um, pu-síl-li et ma-  
gni, R. Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ¶ Quó-ni- am regna-vit Dómi-  
nus, De-us noster omní-pot-ens, R. Alle-lú-ia. ¶ Gaude- ámus  
et exsultémus et demus gló-ri- am e- i, R. Al-le- lú-ia,

Alleluia. ¶ Qui a ve-né-runt núpti-æ Agni, ¶ Alle-lú-ia.  
¶ Et uxor e-ius præpa-rá-vit se, ¶ Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

## Responsorium breve

B Ene-díctus es, Dó-mi-ne, \* In firmamén-to cæ-  
li. ¶ Et laudá-bi-lis et glo-ri-ó-sus in sá-cu-la. ¶ Gló-  
ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto.

## FERIA SECUNDA

## AD INVITATORIUM

## Antiphona

VI I Ubi-lémus De-o sa-lu-tá-ri nostro.